

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4049

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1208, 6 avril-1208, 31 octobre]

**Lieu d'émission :** Mantes

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [II], roi de France, notifie, en faveur des moines de Notre-Dame de Lyre, la donation faite auxdits moines par Laurette, comtesse de Leicester, de biens sis à Couvert.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1093, p. 295.
- b. Boussard Jacques, Monicat Jacques, Samaran Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 3, années du règne XXVIII à XXXVI (1er novembre 1206-31 octobre 1215), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 7), 1966, n° 1025, p. 87-88.

## Dissertation critique

Datation proposée par BOUSSARD/SARAMAN/MONICAT, *Recueil des actes de Philippe Auguste*, t. 3, n° 1025, p. 87.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Laureta, quondam comitissa Leycestrie, dedit et concessit in liberam et perpetuam elemosinam, pro anima mariti sui Roberti, quondam comitis Leycestrie, et pro salute anime sue, et pro animabus antecessorum suorum, Deo et Beate Marie de Lyra et monachis ibidem Deo servientibus de libero maritaggio suo de Covert in Normannia XL acras terre de dominico suo ibidem. Dedit etiam eis similiter de dominico suo ibidem duas acras ad faciendum ibi herbergagium suum. Preterea dedit dictis monachis duos homines in ipso manerio de Covert, scilicet Radulphum filium Odonis, et Murielam de Sancto Vigore cum terris et tenementis suis et omnibus servitiis que inde debent, excepta solummodo secta quam debent ad molendinum de Covert. Concessit etiam monachis predictis decimam de furno suo et decimam molendini sui de Covert, tam in blado quam in denariis et aliis redditibus et consuetudinibus ad ipsum molendinum pertinentibus. Concessit quoque eis ut habeant communam pasture sue in ipso manerio, et marnam de marneriis suis liberam et quietam ad marnandas terras suas, et omnia alia casiamenta ejusdem ville libere et quiete. Et ipsa et quicumque post ipsam predictum manerium tenebunt et habebunt, garantizabunt eisdem monachis predictam elemosinam, et acquietabunt eam erga nos et erga omnes homines de omnibus exactionibus et omnibus terrenis servitiis. Dedit etiam predictis monachis predictam

elemosinam ita liberam et quietam ab omni exactione seculari et ab omni terreno servitio, sicut aliqua elemosina liberius et melius potest dari et possideri, excepta, sicut predictum est, sexta molendini quam duo prenominati homines debent. Quod ut perpetuum robur obtineat, pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum, predictam elemosinam ratam habemus, et presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato confirmamus. Actum apud Medontam anno Incarnati Verbi M° CC° octavo, regni vero nostri anno XX° VIII°, etc.